



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 10. Aquas alijs pro speculo, Gedeoni ac Hispanis, & Gallis pro iudice  
Fuisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

*ferit eas, subuertent terram.* Hic est gladius ille anceps, & vtrinque acutus, quo potest inimicos ferire, siue neget aquas, siue cumulet. Negat, vt oremus; cumulat, vt videamus, nos aliquid orando impetrauiffe. Sic instruimur, auerti à nobis creaturas, quando nos auertimur à Creatore; & fugere pœnam, si nos ad Iudicis clementiam confugiamus. *Quando non genculationibus & ieiunationibus nostris etiam siccitates sunt depulsa?* ait Tertullianus. Et Philo scribit, de prima Aegyptiorum plaga: *Per septem dies, hoc malum durauit, donec Aegyptijs suppliciter Moysen innocantibus, & illo deprecante, Deus misertus est pereuntium. Is enim, cuius infinita bonitas semper est exorabilis, mutauit sanguinẽ in aquam dulcem, redditis amni fluentis salubribus, qualia prius fuerunt.* Igitur discrimen, inter suos, & idolorum cultores, patefecit Dominus, quando Israëlitis aquam dulcẽ, Aegyptijs sanguinem propinauit; & plectendo hostem pepulit ad orationem, cuius vim declarauit, dum Aegyptijs Moysen, & Moyli Deum orantibus redonauit aquarum vsum.

§. X.

*Aquas alijs pro speculo, Gedeoni ac Hispanis, & Gallis pro iudice fuisse.*

Maxi-

Tertul-  
lian. ad  
Scapulã.  
cap. 4.

- Maximè verò sæpè in aquis, velut in speculo, reluxit bonorum malorumque, tanquam pulchrorum ac deformium discrimen. *Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Ad ripam stans Minerua, atque imaginem suam, inflatis buccis tumida, cernens, tibiam abiecit. *Nec sum adeo informis, nuper me in littore vidi,* ait Corydon. Et, apud alium Poëtam, ita se ipsum canit Polyphemus.
- Ouid. lib. 3. *Certè ego me noni, liquidàque in imagine vidi*  
 13. Metamorph.
- Nuper aqua, placuitque mihi mea forma videnti.*
- Idem li. 3. *Nimis longa fabula, quamuis elegans est*  
 Metamorph.
- Exod. 15. *Narcissi, se ipsum, in aqua licet exitiosè contemplati. Aegyptij sanè poterant suam, in sanguineo flumine, deformitatè agnoscere, atque Israëlitarum intueri innocentiam easdem limpidas haurientium. Quos tamen & ipsos aquæ probauerunt. Idcirco*  
 19.
- Psal. 80. 8. *enim ait Dominus: Probavi te apud aquam contradictionis; cùm aqua deesset, è filice*  
 8.
- Exo. 17. 5. *euocanda. Et, alio tempore, Dixit Dominus*  
 5.
- Iud. 7. 4. *ad Gedeon: Adhuc multus populus est, duc eos ad aquas, & ibi probato illos: & de quo dixerunt tibi*  
 4.

tibi, ut tecum vadat, ipse pergat quem ire prohibuero, reuertatur. Cúmque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiciente lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerant aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian. Omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. Cur autem illos, & non hos elegerit ad pugnandum Deus, non solum causa erat, quod illorum minor fuerit numerus, sed etiam, quia fortior. Siquidem stando lambere aquas, manu ad os proiectas, indicium est, hominem non admodum fatigatum aliò festinare; pronum autem ac jacentem sorbere aquas, exhaustarum virium, aut pigritiæ signum esse solet; adde & intemperantiæ; nimis enim auidi est, rebus cupitis inhiare. Legimus tale iudicium indiciumque miraculo datum, apud Sigebertum. Nam Gallis atque Hispanis de celebratione Paschæ inter se cõtendentibus, quòd Hispani, die 21. Martij,

Sigeberti  
An. 573.

tij, Galli verò 18. Aprilis, illud celebrassent; prodigiò luculento detexit DEVS, Gallos rectè celebrasse. Siquidem fontes, qui in Hispania, Sabbato sancto, ad baptizandum sponte diuinitus repleti còsueuerant, An. Christi 573. non in Hispanorù, sed in Francorum Paschate repleti sunt: tãta est abundantia veritatis, vt etiam in aquis scripta perseueret. Cum his veritas facit; aqua cum veracibus.

## §. XI.

*Aqua perjurij vindex, vt malis mala,  
sic bona bonis.*

Eiuscemodi quidem & alia per aquam iudicia complura à varijs memorantur; sed afflictà fide, qualis solet esse Græca. Vnū

Philostrā,  
ens lib. I.  
de vit. A.  
pollonij  
Thyanci.  
cap. 4.

apponam. Est juxta Tyana, aqua (ait Philostratus,) Ioni (vt perhibent) sacrata, quam indigena inextinguibilem vòcant. Fons eius frigidus sanè scaturit. ebullit autem non secus atq; igne calefactus lebes. Hanc puris & iuramenti fidem seruantibus viris aspectu placidam, & gustu dulcem esse perhibent; perjuris verò; & infidis palam aduersatur. Epota namq; oculor pedesq; ac manus peierantis inuadit; pustulis ac vomicis totū corpus inquinans. Neq; illinc discendendi facultas datur; sed ibidem permanentes,

CORAM